2 Ant.
2 D



D- Ominus * tamquam óvis ad ví-ctimam dúctus est,



et non a-pé-ru-it os sú- um.

Psalm **89** *(New psalter, p.* 37**)*



I. Dómine, refúgi-um fáctus es **nó-** bis : * **a genera-ti-óne**



in genera-*ti-* **ó-** nem. *Flex :* tránse-at, †

2. Priúsquam móntes fíerent, aut formarétur térra et **ór**bis : * a saéculo et usque in saéculum tu *es*, **Dé**us.

3. Ne avértas hóminem in humili**tá**tem : * et dixísti : Convertímini, fíli*i* **hó**minum.

4. Quóniam mílle ánni ante óculos **tú**os, * tamquam **dí**es hestérna quae *prae***tér**iit.

5. Et custódia in **nó**cte, * quae pro níhilo habéntur, eórum án*ni* **é**runt.

6. Mane sicut hérba tránseat, † mane flóreat, et **tránseat** : * véspere décidat, indúret et *a***ré**scat.

7. Quia defécimus in íra **tú**a, * et in furóre túo turbá*ti* **sú**mus.

8. Posuísti iniquitátes nóstras in conspéctu **túo** : * saéculum nóstrum in illuminatióne vúl*tus* **tú**i.

9. Quóniam ómnes díes nóstri defe**cé**runt : * et in íra túa *de***fé**cimus.

10. Anni nóstri sicut aránea medita**bún**tur : * díes annórum nostrórum in ípsis, septuagín*ta* **án**ni.

11. Si autem in potentátibus, octogínta **án**ni : * et ámplius eórum, lábor *et* **dó**lor.

12. Quóniam supervénit mansue**tú**do : * et corri*pi***é**mur.

13. Quis nóvit potestátem írae **tú**ae : * et prae timóre túo íram túam dinu*me***rá**re?

14. Déxteram túam sic **nó**tam fac : * et erudítos córde in sa*pi***én**tia.

15. Convértere, Dómine, **ús**quequo? * et deprecábilis ésto super sér*vos* **tú**os.

16. Repléti súmus mane misericórdia **tú**a : * et exsultávimus, et delectáti súmus ómnibus dié*bus* **nó**stris.

17. Laetáti súmus pro diébus, quíbus nos humili**á**sti : * ánnis, quíbus vídi*mus* **má**la.

18. Réspice in sérvos túos, et in ópera **tú**a : * et dírige fílios *e***ó**rum.

19. Et sit spléndor Dómini Déi nóstri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige **sú**per nos : * et ópus mánuum nostrá*rum* **dí**rige.